Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



lux lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum. In mundo erat. et mundus per ipsum factus est. et mundus
eum non cognouit. In propria venit: et sui eum non receperunt.
Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fi
eri: his qui credunt in nomine eius. qui non ex sanguinib:
neq: ex voluntate carnis neq: ex voluntate viri. sed ex deo na
ti sunt. Et verbum caro factum est. et habitauit in nobis. Et vidi
mus gloriam eius gloriam qui vnigeniti a pre. plenum gratie et ve
ritatis. Dedi dr Off'. Tui sunt celi et tua est terra orbem terrarum
et plenitudinem tu fundasti iustitiam et iudicium in iano sedis tue. Secretum
Oblata domine munera nouam vnigeniti tui natiuitate sancti
fica. nos q: a peccatorum nostrorum maculis emundet. Per. Con
sideremus te omnes fines terre salutare dei nostri. Compl'. Presta q: omnipotens deus. ut
natus hodie saluator mundi sicut diuine nos generationis e
auctor. ita et immortalitatis sit ipse largitor. Per. De sancto
Stephano
Cum sederent principes et aduersum me loquebantur
et iniqui persecuti sunt me adiuua me domine deus meus quia seruus tu
exercebatur in iustificationibus tuis. ps. Beati immaculati in via qui ambulant
in lege domini. Gra. Da nobis q: domine imitari quod colimus. vt discamus
et inimicos diligere. quia eius natalicia celebramus. qui nouit
etiam persecutoribus exorare. Dominum. Lectio Actuum apostolorum
In diebus illis: Stephanus plenus gratia et fortitudine. faciebat
prodigia et signa magna in populo: Surrexerunt autem quidam de
synagoga que appellabatur libertinorum et cyrenensium et alex
andrinorum. et eorum qui erant a cilicia et asia disputantes cum stephano:
et non poterant resistere sapientiae et spiritui qui loquebatur.
Audientes autem hec: dissecabantur cordibus suis. et stridebant
dentibus in eum: Cum autem esset stephanus plenus spiritu sancto: intuen
tes in celum vidit gloriam dei et iesum stantem a dextris dei et ait: Ecce vi
deo celos apertos: et filium hominis stantem a dextris virtutis
dei. Exclamantes autem voce magna: continuerunt aures suas
et impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eiicientes eum extra